

Si verò jurisdictione Episcopi Suffraganei fuerit tantum excitata à Papa, & non delegata, puta si Papa committeret causam Episcopo, quam ipse Episcopus poterat cognoscere ex sua ordinaria jurisdictione, tunc appellatio fieri poterit ad Archiepiscopum; cap. licet, de Offic. Ordin., quarant. l. c. num. 18. vers. item si Papa; Genuens. dicto cap. 88. num. 8. vers. amolita tertio; Scaccia cit. quest. 8. num. 68. vers. extende secundò; Barbosa dicto tit. 4. n. 64. & dicto cap. 7. num. 56. Ad quod facit declaratio Sacre Congregationis Concilii Tridentini, quæ interrogata, ad instantiam Episcopi Nicoteren. An, quod in c. 10. sess. 24. de reform. dicitur, quod Episcopi tanquam Apostolica Sedis delegati, jus & potestatem habeant &c. ita intelligendum sit, ut possit Episcopus declinare jurisdictionem Metropolitanam? Respondit: Congregatio Concilii censuit, non posse in casibus illis, in quibus ante Concilium Ordinarius poterat uti eodem jure, eademque potestate. Quam declarationem refert Prosp. de August. in addit. ad Quarant. post cit. vers. decimoctavo a lit. E. Secus tamen est, si non fuerit excitata, sed delegata; nam tunc Episcopus, quamvis poterat cognoscere causam jure sue ordinariæ jurisdictionis, efficitur tamen in ea Delegatus Papæ, & sic est appellandum ad Papam; ut firmat Scaccia cit. num. 86. vers. secus est, si non excitaret; quem sequitur Barbosa dicto tit. 4. sub num. 64., & cit. cap. 7. sub num. 58.

Altra dichiarazione si rapporta della medesima Sagra Congregazione del Concilio; nam proposito dubio: An cum Episcopi procedunt, uti Sedis Apostolicæ Delegati, in causis, quæ sub eorum jurisdictione non comprehenduntur, possit ad alium, quam ad Sedem Apostolicam, appellari? Sacra Congregatio censuit; non posse. Il perche il rapportato Fagnani scrisse; secus autem est, quando
Epi-